

bilis est. Sed hic multò feracior: aliquando etiam lapidi nigro aut totum innatum est, aut superficiei. Quod purum est, ferè angulos habet quatuor, quinque, sex: modò etiam cellas fauis, modò eminentias botro similes. In metallo Hengisto lapilli sunt similes sulfuris viuo: quod ut recès metallum est, ita uberrimum fuit. Multis in locis lapides plumbi candidi, ita solidi duriq; sunt, ut nisi igne excindi nequeant. Ab igne igitur ita domantur, ut ingentes massæ montis, ingentia latera, perticis decutiantur, quod fit periculo fossorum ingenti. Sunt etiam lapilli nigri adulterini & steriles, qui in fluminibus reperiuntur: sunt itè cinerei & flauis, qui in venis, quos nostri lingua vernacula spumam lupi appellant: præterea purpurei, qui etiã viciosi. Nam in coctione de bonitate natiui detrahunt. Plumbum candidum cum in laminas funditur, ita tingi potest, ut colorem auri, ærisq; na-